



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||IFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xxxi. De officio iudicis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

*De officio iudicis. Tit. 31.*

1. *Ex lite-* **A**D officium iudicis etiam delegati aduoca-  
*rus.* Atum parti non habenti dare pertinet. Is etia  
domesticum suum dare valeto.

2. *Iudicis* Officium iudicis si pro actione proponi-  
tur : lis contestator, aliàs necessarium ne esto.

*De maioritate & obedientia. Tit. 32.*

6. *Solita.* **A**D vniuersalis ecclesiæ regimen & firmamē-  
Atum duo luminaria magna à deo constituta  
habentor. Pontifex in spiritualibus, Imperator  
& Rex in temporalibus eos qui hæc ab ipsis  
percipient , antecellūto. Illius maior authoritas,  
horum minor potestas esto . Hi gladii potesta-  
tem in eos tātūm, qui gladio vtentes eorum iu-  
risdictioni erūt subiecti, habento. Sacerdotibus  
& pontificibus suis reuerenter vtuntor. ab his si  
rationabiliter admonebuntur , increpabuntur:  
sufferunto , parento . Romano pontifici oves  
Christi commissæ creduntor . qui ipsum magi-  
strum & pastorem non agnoscat, à Christi ouili  
extorris esto. Ille quodcumque ligandi atq; sol-  
uendi à deo datam potestatem habeto.

5. *Iud.* Eius iusionibus nullus , etiam si episcopus,  
contrauenito , aliàs inobedientiæ notam in-  
currito .

4. *Omnis* Episcopis quoque principes & cæteri ho-  
mines obediunt.

2. *Si quis.* Qui contra decretum eorum venerit, ab ec-  
clesia abiicitor, anathematisator.